



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Stephani Thevpoli Bened. F. Patric. Veneti,
Academicarum Contemplationum Lib. X**

Piccolomini, Francesco

[Basel], 1590

VD16 ZV 12463

Quomodo in mente se habeant, & consurgant Ideaee. Cap. 5.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12918

feminibus gignuntur, Ideisque proportiona
 respondent, nuncupantur imitationes, parti-
 cipationes, proximi materiæ termini, ac de-
 mum umbræ Idearū. Et quoniam nos in hoc
 quasi terræ antro sumus collocati, in quo solæ
 volitant umbræ rerum; cū ea, quæ verè sunt,
 non cōspiciamus, has umbras magnificimus,
 hæc verè entia existimamus. Quòd si nobis
 fœlici sorte contingat, vt munere Philosophiæ
 caput animæ supra has tenebras eleuemus;
 tunc has quasi laruas despicientes, eam solam
 verè vitam iudicabimus, quæ à crasso hoc cor-
 pore soluta est; tunc cum Propheta exultan-
 tes clamabimus; Dies vnus in atriis tuis Do-
 mine, plusquam mille aliorum anni. j

*Quomodo in mente se habeant, & con-
 surgant Ideæ.*

CAP. V.



IN ordine vniuersi finis est ipsum
 vnum, quod supremū est; sub quo
 sine causa efficiens collocatur. Et
 quoniam exemplar dirigit artificē
 ad finem; propterea Idea mediare dicitur in-
 ter finem, & opificem; est eminentior opifice,
 humilior fine; & conuenienter dici potest sa-
 pientia opificis, recta que ratio eius, per quam
 efficit opus suo fini congruens. Consideratur
 opifex in primo signo, vt essentia est; mox con-
 sideratur, vt cuncta intelligens, & producere
 volens; in quo secundo signo cōsurgunt Ideæ.

Hoc denotavit Plotinus Enneade sexta lib. 7. inquit; Mens sibi comparavit spectacula boniformia, cum primum contemplata est ipsam boni naturam: influxit nanque in mentem ipsum bonum, non omnino, sicut ibi erat; sed sicut ipsa mens accipit. Ex quo constat, ad quod genus causæ redigatur Idea: nam ea absolute forma est, cum sit pura, & eminentes sentia rei; at in ordine, & modo operandi, ad causam efficientem redigitur: est enim sapientia artificis, cuius umbra est recta ratio humanarum artium, per quam artifices diriguntur; non autem ita est rerum forma, ut proximè eas formet, & constituat. Hinc patet inanes esse plurimas Arist. contra Ideas rationes; veluti dum inquit, non dari hominem sine his carnibus, & ossibus; insuper, dum asserit, si una omnium esset Idea, omnes essent unus homo; & aliæ similes: quæ omnes omni carent vi adversus propriam Idearum assumptionem, ut ex se constat. Insuper ex dictis conspicuum est, cur à Platonis Idea redigatur; non ad causas, qualis est materia, & forma; sed ad causas. Nam causæ illæ dicuntur, quæ absolute, liberæ, & dominæ sunt; qualis est finis, & efficiens; inter quas mediare Ideam ostensum est. Demum patet ex Platonis sententia, ob Ideas genera causarum non reddi plura, quam quatuor; ut perperam multi ex sectatoribus Aristotelis tribuunt Platoni. Nam, ut recte in 13. Metaph. dixit Syrianus, Idea varia considera-
tione

ione est caussa in triplici genere: vt forma, vt
finis, & vt efficiens: præsertim tamen efficiens
est, si respicimus ad rationem, & modum, per
quem opus à caussa pendet; ad quem respice-
re debemus, dum numeramus genera caussa-
rum. Cõstat itaque Ideam præsertim ad cauf-
sam efficientem redigi; quæ caussa efficiens à
Platone sola, & absolute caussa nuncupatur,
vt in Phi'ebo manifestauit; nec propterea ab
Arist. dissentit, nisi in modo loquendi. Vt verò
appareat, quomodo in prima mente consur-
gant Ideæ; considerandum est, quòd natura
primi entis, quatenus proximè ab ipso vno
pendet, eatenus vnitatibus, quasi seminibus
fœcunda Ideas parit; easque deinceps nume-
ris maioribus, minoribusve componit: nam
quod proximè ab vno pendet, necesse est, vt
sit prima sui origine multiplex; alioquin non
recederet ab vno: nõ tamen ita est multiplex,
vt in eo vnum etiam nõ refulgeat: nam ibi re-
peritur, & vnum ante Ideas, ex quo consurgunt
numeri Ideas constituentes; & vnũ post Ideas
ex vnitatibus consurgens; adeò vt Idea quæ-
libet, sit quid vnum, multitudinis necessariò
particeps. Et propterea Ideæ omnes, & vniformes,
& boniformes, & demum pulchriiformes
esse dicuntur. Nec horũ dantur in mente pro-
priè Ideæ, cum sint communia initia, & vires
omnium Idearum, effusæ per omnes, quarum
postrema est pulchritudo; quæ est sp'endor
boni per Ideas effusi; Ideo in eo intelligibili

in uado duo considerantur termini, vnitas, & pulchritudo: Vnitas est terminus supremus, tanquam caput subsequendum: Pulchritudo est terminus postremus, tanquam fulgor mediorum postremò confurgens.

Conuenientia, & Differentia Idearum.

CAP. VI.



Vniam in mente & vnum, & multitudo, identitas, ac alteritas inueniuntur; propterea etiam Ideæ inter se cōueniunt, & distinguuntur. Conueniunt primò, ratione initij, à quo pendunt; omnes enim fluunt ab vno: conueniunt secundò, ratione mentis; omnes enim in mente reperiuntur: conueniunt tertio, ratione finis, & vsuum, quos præbent; omnes enim cōsimiles præbent vsus: quartò cōueniunt Ideæ, quia à sola mente exactè apprehenduntur; ab anima verò solùm eatenus attinguntur, quatenus mente participat, & cum ea iungitur. Demum conueniunt, quoniam quælibet Idea est essentia viua, intelligentia, intelligibilis, verè ens, forma, & actus virtute imitabili præditus. Cùm autè Idea omnis sit imitabilis, dum exactè imitatur, rectè que sine impedimento in materia exprimitur, pulchritudo confurgit; dum contrà, deformitas: nam pulchritudo in corporibus, est exacta Ideæ imitatio, à ò similitudo, à deò, vt, subtracta materia, ad Ideā eleuemur. Ex quo constat, veram pulchritudinem